

## ADNOTATIONES IN MENANDRI DYSCOLON

In manibus omnium, qui haec lecturi sunt, editionem esse fabulae nuper repertae certo scio, qua parata Victor Martin, vir doctissimus, cum aliquot operae sociis optime meruit: quibus pars gratiae haec sit, ut opes in medio liberaliter propositas in eum iam usum convertamus, quem ipse editor commendat, optat, exspectat.

12. τοῦδ'] τοῦτ' et necessarium videtur et propius a traditis abest; ad constructionem cf. Aristoph. nub. 1114; Kühner-Gerth, Synt. 1 p. 367 a. 14.

18. δὲ καὶ πολὺ κτλ. videtur praestare.

26. ἄμα] ἕνα potior lectio videtur.

91. [ἔαξα : [κατέαξα vel ἔθραυσα pedestri sermoni magis convenit.

93. ἐλθὼν τι πεπαρόνηκε nulli reprehensionem obnoxium est, cf. Aeschin. 2, 154; Heniochi comici fr. 5, 18 (II p. 434 Kock); 'postquam illuc advenit', inquit Sostratus, 'aliquid pro-caciter egit (Pyrrhias)'. Sed δευ[ non expedio.

101. Sibi habeant pediculos suos Hesychius Photiusque, nam hoc quidem loco περιφθειρόμενον nihil aliud esse potest nisi 'miserabiliter circumeuntem', cf. Isocr. epist. 9, 10; Lycurg. in Leocr. 40. Dicitur autem contemptim: περιφθειρόμενον, ἀχρά-δας κτλ. 'circumeuntem, dum pira vel magnam sibi malam crucem colligit': hoc execrationis loco est, quam notat Sostratus: ὡς ὀργίλως.

107/8. . . . ἰδεῖν τί σε . . . πράγμα recte, ut opinor, se habet: 'venio ob quandam rem (τι, cf. K. W. Krüger, Griech. Sprachl. I § 46,3 A. 4; Wilamowitz ad Epitr. 244) ad te, tua causa operam dans, ut certam rem intellegas.' Iam post πρᾶγμ(α) videtur <ὁ δ'> εὐθὺς opus esse.

118. δεδίωχ(ε) opus videtur, cf. Hyperid. pro Lyc. 16. Similitudine formarum qualis βεβίωκα verisimilius est librarium erravisse quam ipsos Atticos aetatis Menandreae.

136. ἐλλήφεν. εὐθὺς φανερός ἦν κτλ. Male haec distinxit librarius, sequente editore, recte interpres Germanicus.

161/3 si in papyro recte se habent, at aliter distinguendi sunt, tum νῆ Δία ironice accipiendum (ut in com. Flor. v. 49 et fort. Georg. 34), denique in v. 164 aliquid mutandum: . . . εἰς τὸ χωρίον | ἤδη. παρ' αὐτὴν . . . | τοῦτο τὸ μέρος τοῦ χ. (sic opus videtur, arsi soluta ut in principio versus 199 et alibi; cf. J. W. White, Verse of Gr. com. 1912 § 155): 'Jam ingressi in meum rus sermones serunt. Credo, quia secundum viam publicam morari soleo! quin immo eam partem agelli incultam desero propter praetereuntes'. Cf. ad v. 868.

174/5. Post θύρας leviter, post παντελῶς plene distinguendum censeo: 'Si quem convenire vultis, constituere soletis ut id ad fores meas fiat'.

185. τὸ τοῦδ' ἐκείνος <ῤῥαστ' ἄν> ἀπώσαι(ο).

209. τηλικην a Menandro scribi potuisse minus credible est quam traditum τηλικούτ(ο) ita recte se habere, ut fere κακόν subaudiatur: 'quomodo te tantum malum nacti sumus?' Certe in forma praedicandi affirmativa nemo offenderetur his: ἡ πενία τηλικούτὸ ἐστί (tanta res ~ tam gravis; cf. fr. 407, 4).

219/20. Tradita sic procedunt: . . . ἀρέσκει· μεράκιον διακονεῖ | κόρη; (sic potius quam affirmative) πονηρόν. ('hoc malum est', sc. si adulescens virgini subservit).

262. θύουσα mutari inutile duco.

282. πίστιν, ut Lat. *fidem*, ad rem pecuniariam attinere puto (*Kreditwürdigkeit*), cf. Demosth. 36, 43 sq. πείραν δούς, ὅτι χρηστός ἐστί καὶ δίκαιος, ἐπιστεύθη . . . πίστις ἀφορμὴ πασῶν ἐστί μεγίστη πρὸς χρηματισμόν, et *ibid.* § 57.

288. Simplicior medela videtur δέ σοι τί φαίνομαι κτλ.

298. [τύχην : [ὑβριν maluerim, quamquam in simili sententia fr. 8 haec vox non est; cf. fr. 613 a.

311. οὗτος . . . ὁ Πάν, cuius aedem monstrat, cf. v. 659 et ad fr. 801.

345. οὐ μοι δοκεῖς sc. umquam amavisse: iam ipse sibi respondet (341 sq.) post interiectas ambages, quasi nihil intercessisset. Tum post punctum plenum ἀπειρότερον γοῦν διατελεῖ(ς) opus videtur, sensu causalī. In sequentibus 348 οὐ μὲν], 350 εἰς τοῦπέκε]ινα vel τὰπέκε]ινα forsitan praestent.

358. ἀλλὰ μ[ικρὸν ὕστερον.

393. καλόν] ironia pro κακόν, ut ἀγαθόν Aristoph. Pac. 370.

406. (Σικ.) ἔρεισον αὐτὰ δεῦρο maluerim.

422. θύσειν] θύσαι ut scribatur, non modo ratio grammatica flagitat, sed γέ etiam suadet, quod hiatus vitandi causa ibi positum videtur (alioquin ἐπάν γε magis consentaneum erat).

425. Pro particula οὖν, orta fortasse anticipato pronomine COY, μὲν reponi necessarium duco.

438. Duae sententiae sunt post πρόβατον distinguendae: τὸ γοῦν πρόβατον (εὐτρεπέες ἐστίν), ovis certe (ad sacrificium) parata est, cum (ne caedenda quidem sed iam) paene mortua sit, macie scilicet, in quam iocantur etiam Sam. 184 sqq., Plaut. Aul. 561/8.

449. εὐσεβής] formae assimilando ortae praestare videtur εὐσεβές, quae lectio papyro cum Athenaeo communis est: tus et liba vere dona pietatis sunt (quia tota dis offeruntur); distinguendum post πόπανον.

454. [φυλακτέ]ον.

462/3. ἐπίσταται, quod numeri obtrudunt, cum θεραπαινίδια congruit, κινήτιαν autem sine dubio idem est quod βινητιαν (ut κινεῖν interdum per euphemismon ponitur): 'libidinosae sunt, sed si quis eas aspexerit, calumniantur (ipsum velut mulierosum)'. παιῖδες καλοί hic et v. 912 iocularis appellatio videtur esse servorum qui diu clamanti non auscultaverunt.

491. τούτων τ' ἐνοχλῶ videtur praestare.

493/7. Haec cum actione alacerrima pronuntiantur: πρεσβύτερός τις τῆ θύρα | ὑπακῆκο'; εὐθὺς πατέρ(α) καὶ πάπ[παν καλῶ. | γραῦς (sc. ὑπακῆκοεν); μητέρ' (αὐτὴν καλῶ), ἄν τῶν διὰ μέσου (sc. τις ἧ 'si de plebe media est', cf. Aristot. polit. IV 1296 a 8). τ[ὴν δ' εὐγενῆ | ἐκάλεισ' ἱέρειαν· ἄν θεραπῶν[ τις ἧ, καλῶ | βέλτιστον.

504. ἦκε πάλιν imperativus videtur esse ut Xen. Cyr. IV 5, 25, ironice pro contrario dictus a sene irato, dum caedit; cf. J. B. Hofmann, Lat. Umgangsspr. § 68. Tum καὶ λαεῖς ἐτι; interrogatio erit, sicut de Sam. 335 editores iudicaverunt; quod recte factum esse cognoscitur ex Plaut. Merc. 981 et 983, collatis primum Bacch. 331, Merc. 202, tum Amph. 571. Vide etiam infra ad v. 511.

511. οὐκ ἐγὼ 'λεγον; interrogatio ut Mis. 19 'nonne ego istud praedixeram?' sc. te porro fabulaturum esse. Praedixerat id Cnemon in v. 504, nam interrogatio, quam ibi esse statui, quadamtenus affirmationis loco est, cf. Plaut. Cist. 507/8 et

Fr. Leo, Herm. 18 (1883) 575. — In vv. 512/3 iocus qualis Plaut. Truc. 260.

517. ἔλθῃ] coniunctivi nulla ratio apparet, unde inutile duco traditum ἑτέραν (516 αἰτεραν) in ὁποῖαν mutare. Coniectura opus esse puto: ἐφ' ἑτέραν θύραν | ἔλθοι τις (ἄν) (*sollte man...*), qua ratione sententia etiam cum subsequenti bene cohaeret. Antecedere autem videtur διαφέρει νῆ Δία absolute positum (*es kommt wahrhaftig darauf an*).

543. πάρο]δος lepidissime excogitatum, sed potest ἔφο]δος fuisse, cf. Dion. Halic. antiq. IV 51,4 τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ.

556/8. Si puncta librarii observamus, sermo sic decurrit: Geta : προσδοκῶμεν. ἀλλὰ πάραγε σύ. 'expectamus (tuum patrem); at veni tu (intro ad prandium, cf. v. 780)'. Respondet Sostratus: μικρὸν διαδραμῶν scil. (παράξω =) ἦξω (ut Epitr. 286 ἦξ]ω διαδραμῶν) 'veniam, cum paululum ultro citroque cucurrero', scil. ad Gorgiam et retro, quem ad prandium vocare in mentem ei venit; ut fere idem sit atque Germanorum *Ja, gleich*. Tum ἐνθαδὶ proximae sententiae adiungendum: 'quodammodo haud incommode accidit, quod hoc maxime in loco sacrificatum est'.

568/9 forsitan sic fuerint: .. ἄξιον ἰδεῖν. {τιν} ἀλλὰ <τὰ> γύναϊα ταῦτά μοι | — ἔχει γὰρ ἀστείως — μεταδόλη γ' ἄν τινος; | οὐδ' ἄν κτλ. Illa parenthesis quid sibi velit, dubito, certe dici opinor: *es geht nämlich fein her*, scil. cum inter solas mulieres prandetur, fort. cum ironia: simile fr. 384, ubi voce ἀστεῖον item parsimonia tangi videtur, sed sententia contraria est.

577. βουλομένου] βουλομένη necessarium videtur.

581/4. Ex parte librarium secutus, orationem Getae sic instituerim: ὀρθῶς ἐνσεσεῖκατ', ἀθλία, | καὶ ... κάδου. | ῥίψαι ... ἔστ' ἔτι. Tum demum anus incipit: ὁ δ' ἀπὸ κτλ.: nam traditum οἶδ(α) conservari non posse editori assentior, quia designatio senis desideratur. Utitur autem in v. 581 Geta plurali ἐνσεσεῖκατ(ε) pro singulari tamquam de tota familia, sicut et nostrates faciunt cum contemptim loquuntur. Vocativus ἀθλία ut Peric. 335.

599. ποριού]μεθ' : at medio nullus locus; fort. ποριού]μέν σοι κάδον.

606. ὑφιστά]ς : cur non ἐπίστα[τ(αι)]?

610. νῦν; ἢ πῶθεν] ἢ interrogationes nominales coniungit ut Peric. 246, G. 115, Th. 21, Did. I 24; sic saepe Lat. *aut*.

628/9. Haec melius sic dispescuntur, invito librario: (Σικ.) οὐ γὰρ ὁ χαλεπὸς γέρων σφόδρα; | (Σιμ.) οὗτος. (Σικ.) καλὰ γ' ἐπόησε, νῆ τὸν Οὐρανόν.

659. νῆ τὸν Ἀπόλλω τουτονί sine virgula scribendum, cf. ad fr. 801.

662/3. ἀνάπηρον ὄντα, χωλόν. Tum, si sequimur quae editor adnotavit: οὕτω γίνεται | ὑποστατὸς γὰρ τῶδε γείτων 'sic enim tolerabilis vicinus erit huic (deo)'; sed ]μοι non expedit, quod si e proximo versu anticipatum sit, γείτων τ[ὴ] φεῖ re ipsa commendari videtur.

676. τροφός dubium non est quin nutricem significet ut in fr. 365.

688. Fortasse ἐ[ξέστηκα καί.

693. τὸν ἐπίλοιπον [δὴ χρόνον ponendum fuit.

722. εἰσδέδωκε] εἰς δέδωκε praefero.

726 sqq. λαλήσανθ' ἡδέως videtur coniungendum esse propter v. 9. Senex Gorgiam numquam prior appellavit, ab eo appellatus non libenter respondebat. Post hunc opinor unum verum excidisse, omnia autem Cnemonis esse:

σέσωχ' ἕμως,  
 (οὔτε μελλήσας πρὶν ἐλθεῖν, οὔτε διανοοῦμενος,)  
 ἔπερ ἂν ἄλλος, καὶ δικαίως· „οὐκ ἔῃς με προσιέναι —  
 οὐ προσέρχομ'. — οὐδὲν ἡμῖν γέγονας αὐτὸς χρήσιμος —  
 οὐδ' ἐγὼ σοὶ νῦν." τί δ' ἔστι; μειράκιον, ἐὰν ἐγὼ κτλ.

733. In exitu desiderari videtur: ὑγιάναιμ' ἐγώ.

752. οὐδὲν <τῶν ἐμῶν> ἔτι μοι μέλει.

771. πολὺ μὲν οὖν κρείττω [φανῶ? scil. τὸν ἐμὸν τρόπον.

798. παραμενοῦντα (fr. 116, 2 ex Stobaeo) videtur praestare, item τί ἂν in principio versus 802.

823. τί οὖν contra librarii voluntatem Sostrato ascriptum sermoni magis videtur convenire.

830. τρυφαίνειν vox nova esset, at facile τρυφᾶν ἐν restituitur.

856. ἡμῶν γενέσθαι, παππία, νυνὶ καλόν.

867/8 rectius a librario ita distribuuntur, ut 867 totus Sostrati sit, 868 Gorgiae: miratur ille Cnemonem nondum venisse (ὁ Κν. δ' οὐδέπω. vel interrogative), respondet Gorgias: 'quin is ne anum quidem iam secum habere voluit' (nedum vestrum quemquam). Pronomen relativum similiter usurpatum v. 163.

870. τοιοῦτος Gorgiae esse puto, eodem sensu quo Ter. Andr. 919: *sic, Crito, est hic: mitte*, quamvis mirum sit hic verbum ἔστιν desiderari, quod non deest in fragmento Graeco Andriae (fr. 42): nam audaculum sit in Dyscolo edere: τοιοῦτός <ἔστιν>. <Σω.> ἀλλὰ {πολλα} χαιρέτω. Cf. etiam v. 904.

880. οὐδέπω σχολή [μοι.

885. ἐγώ, πάλαι [πιθυμῶν, vel ἐγώ. πάλαι [δέδοκται, cf. Her. 71.

893. ὁ δύσκολός [γ' ἐνδ]ον.

895. ἀναστῆν(αι) <αὐτός,> ὡς ἐγῶμαι.

898. προσελκύσωμεν] Res videtur προσελκύσωμεν postulare.

901. καθαιρή] καθαιρή forsitan praestet, si modo Theocr. 5, 119 recte de verberibus accipitur (cf. Gow in commentario ad v.); vide etiam huius fab. v. 114.

909. νῦν ὁ καιρός. (Σικ.) εἶεν.

912. παῖδες καλοί defenditur versu 462, ubi vide. In proximo verba σὺ δέ docent non omnia cohaerere, sed τίς . . . δηλονότι coquo, reliqua demum seni attribuenda esse.

917. τοῖς ἐνδον <ἄγετ'> ἀγγείλατε properanti magis videtur convenire.

934. Recte traditum est πρῖε σαυτὸν αὐτός 'labrum morde' i. e. 'comprime dentes', cf. Liddell-Scott-Jones sub πρίω.

949. ὥσπερ εἰς (sic traditum) ex ὥσπερ εἰ εἰς videtur factum esse genere quodam haplogogiae quod descripsit Ed. Schwyzer, Griech. Gramm. I p. 264.

963. Puto olim sic fuisse: χρησόμεθά σοι τὸ τηνικαῦτ'. ἀλλ' ἐκδότω κτλ.

Mogontiacy

Andreas Thierfelder

---

## ZUM NEUEN MENANDER

---

Die nachfolgenden Versuche und Bemerkungen, das Ergebnis glücklicher Stunden der Beschäftigung mit der neuen, der ersten ganz uns wiedergeschenkten Komödie Menanders, wollen als eine Bezeugung des Dankes aufgefaßt sein an Hermes, der diesen Schatz hat finden lassen, an den Mann, der ihn geborgen